

Badische Landesbibliothek Karlsruhe


Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Funus Guilielmi Assonlevillii Bouchautii D. a variis adornatum

Meyere, Leo

Antverpiae, 1599

[urn:nbn:de:bsz:31-293587](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-293587)



~~Misc. 4^a~~

~~100~~

42 A 1932, 21 RH

H 8

H 8 = Campb. #1714

EM. F V N V S
G V I L I E L M I A S S O N L E V I L L I I
+
B O V C H A V T I I D.

A varijs adornatum.

Curator
+
L E O M E Y E R V S

A N T V E R P .



12.

A N T V E R P I A E .
E X O F F I C I N A P L A N T I N I A N A ,
A p u d I o a n n e m M o r e t u m .

M . D . X C I X .

Guillaume d'Assonleville
de Bouchault

Z



LEO MEYERVS
LECTORI.

HOMINIBVS sui ingenuus
amor eos inducit ad aman-
dos qui similibus gaudent
studijs, ut horum grato usu
facilius superent difficulta-
tes omnes quæ in isthoc vitæ humana cur-
riculo magna & frequentes sese oggerunt.
Commodissimæ Neceffitudinum concilia-
trices Musæ Gulielmo Assonleuillio, magni
istius Christophori filio, mutuâ me deuin-
xerunt amicitia, aditumque dedere ad per-
spiciendum bonæ huius Mentis candorem,
& lumen moresque modestissimè moderatos
in hac etate, & tantâ ingenij & opum
luxuria. At huius mihi amicitia & usum fru-
A 2 etumque

4

*Etūque præcepſit importuna Mors; non
verò memoriam ex animo euulſit meo, quæ
ut perpetua apud omnes bonos & doctos
uiuat & uigeat, ſategi. Eoque hunc tu-
mulum à Rep. litterariâ communi amico
poni curauit. Tu iſtòc peruiſo abi Lector,
& pios benedic Manes, ut tibi eius vices
fiant, dum ad communem aduenies metam.*



AMPLIS-

AMPLISSIMO^s
ET NOBILISSIMO DOMI-
NO, D. CHRISTOPHORO ASSON-
LEVILLIO, EQVITI AVRATO,
CONSILIARIO PRIVATI CONSI-
LII ET STATVS, THESAVRARIO
ORDINIS AVREI VELLERIS,
IVSTVS LIPSIVS S. D. P.

DOLOREM quem ex obitu
filij tui accepi, seriùs fortas-
se testor; sed hoc ideò, quia
nec ipse libenter in sermo-
nem hunc veniebam, nec
apud te refricabam. An desunt qui solati
sunt? copia tibi amicorum scio, quos be-
neficia & merita tua cùm publica tum
priuata parauerunt, & quidem magnos
principesque viros. Quid ego festinarem
interuenire, & nebulam hãc, vt sic dicam,
spargere inter eas stellas? Et verè nebulam
dixi: nam lucem illam animi, aut alacrita-
tem ad solandum non adfero, quia & me

A 3 priua-

priuatim dolor ille tangit, vt qui filium tuum amaui, & illum viciffim femper benignum in me fenfi & peramicum. Cùm initio in hæc loca veni, paucos habui quibus nouitas mea niteretur: te inter primos vir Ampliffime repperi ad quem acclinarer; & vnà filium tuum, qui velut manu iniectâ duceret ac commendaret. Ac perpetua deinde nobis amicitia, litteris etiam aliisque officiis culta fuit. An igitur non doleam in iacturâ & amiffione eius fic immaturâ? ex animo doleo: atque vtinam vt flumen in riuos plures fparfum minuitur, fic tuus dolor communicatus cum aliis leuior minorque fiat! certè ego quoque inter minuentes effem, ego inter canales qui exciperem & deriuarem. Sed vereor vt hoc ipfum augeat, & cogitatio tibi fubijciat, maius illud bonum effe, quod tam multi amiffum lugent. Itaque huic parti non infifto: etfi in vero amore & paterno affectu grande folatium, filium amiffiffe in bonâ & florente famâ. Incerta funt omnia rerum humanarum: qui hodie virtu-

tem

tem amplectitur, cras vitium potest; qui nunc benè audit, cras malè; & nemo liberos vel optimos habet, vt non cum gaudio & metu aliquo adspiciendos. En, magnus ille Deus, tuus atque illius parens, hunc eripuit, in optimo quidem æuo, sed & in famâ optimâ: acquiescamus & sciamus sic expediuisse. Sicut hortorum peritus cultor, plantas quasdam priusquàm degenerent, euellit & vtitur; quosdam florum in calyce, quosdam & fructuum in acerbitate decerpit, & in mel ac saccharum recondit: scito sic facere magnum illum mundani horti cultorem, alios aliosque aliàs carpere, quæque in suum vsum. Atque en alterum inclusum hîc solatium, Deus facit, Deus tollit: quid mortalis homo obstrepis, & voces aut lamenta spargis? Quin scito, nihil ab eo nisi tempestiue, nisi vtiliter, & ex salute nostrâ fieri. Certè Christiani sic edocti sumus, vitam hanc esse carcerem, peregrinationem, miseriarum abyssum: quid ergo querelis prosequimur, quod votis debebamus? Ille

A 4 obiit?

obiit? à vinculis ad libertatem iuit. Obiit?
 à curis & angoribus ad gaudia, vti speramus.
 Obiit? absoluit iter, decurrit stadium, palmam & coronam habet. Quis-
 quis lūget, videat ne ab inuidente propior
 sit, quam ab amante. Atqui priuari iu-
 cundissimo & familiari eo aspectu graue
 est, disungi à parte nostri sanguinis, visce-
 ra, vt sic dicā, euelli, & in putrē hanc terrā
 dari. Hi sunt affectus paterni, non nescio
 aut nego: sed Ratio quæ homini propria,
 & telum in omnia fortuita data, quid di-
 cit? non nouum esse: legem communem,
 quam alij subierunt ante nos, nobiscum
 subeunt, post nos subibunt. Quot paren-
 tes orbos vidisti & vides? & quidem omni
 stirpe & prole: ecce tibi benignus Deus
 alterum ramum seruat, & ex isto ipso de-
 tracto, fruticem & stirpem. Atque vt diu
 seruet, supplex eum rogo. En solare igitur,
 oculos ab illo quem Deus & cœlum ha-
 bent, ad hos mitte, qui etiam nunc super-
 sunt in nostrā terrā. Habes filiam, habes
 neptem: habes vbi cogitatio, vbi & vultus
 tuus

tuus conquiescat, cum à Curiâ & rebus
 grauibus domū redis. Quin solare etiam
 te ab ipsâ Curiâ, & sollennibus tuis curis.
 Ille sapiens & potens noster Rex tot an-
 nos te habuit arcani magnique consilij
 capacem & consortem: in fluctibus tene-
 brisq̄ rerum, cum alij vacillarent aut ca-
 ligarent, tu firmus obnixusq̄ stetisti, pro
 Deo & ipso: fer tecum egregiam hâc lau-
 dem, si publica non turbarunt, nec priua-
 ta dimouisse te à clauo. An iacebis, & in
 filij iacturâ manum remittes aut langue-
 bis, quem cadens circa te pænè dicam ipsa
 Belgica non comouit? qui ruentem in
 licentiam, & ab hac in exitium, quantum
 vnâ manu poterat retraxisti & firmasti?
 Age vir magne, firma te quoque his cogi-
 tationibus: munus tuum inspice & sta-
 tionem quam in orbe hoc tenes. Non es
 tui iuris vel affectus: Respublica totum
 te iam pridem habuit & habet. Ne desere:
 id quoque gratum illi filio tuo, qui aman-
 tissimus patriæ è coelo (ita spero) & su-
 peris locis robur tuum lætante oculo vi-

A 5 debet

debit, & votis etiam iuuabit. Sed & hoc gratum Regi, Ser^{mo} nostro Proregi, qui in tumore hoc rerum consilij animique tui egent. Ea igitur vt Deus (nam & illius ope opus est) tibi det Amplissime & Nobilissime Domine, toto pectore eum rogo. Louanij, VII. Kal. Iulias. ∞ . IO. XCVII.

AVDICT S^r DASSONLEVILLE.

MONSIEUR, ce n'a point esté vn petit coup que celuy qui à esclaté sur vous par la perte de Monsieur vostre filz: Mais ce n'a pas esté peu d'honneur de l'auoyr suporté en home de vostre robe, & d'auoyr monstré à la fortune qu'elle ne peult rien qu'à sa honte entreprendre sur la Vertu. Ce n'est point de merueille qu'un ennemy charge son ennemy. Mais cest la gloire de luy resister vaillamment, & luy planter sur le front la vergongne & la confusion. La fortune & la vertu ont eternelle guerre ensemble, le combat est perpetuel, le duél est continuel. Le Monde est leur champ de bataille, les astres sont les spectateurs, Dieu le iuge du combat

bat qui les contemple, & qui tient la couronne pour le vainqueur. Et combien que la fortune soit tousiours battue, si est-ce que tousiours elle reprend vigueur, se remet sur les pieds, & de nouveau se presente au combat. Elle est semblable à Marcellus, qui ne pouuoit froidir estant vainqu: ou bien à Pericles qui estant surmôté se ventoit de sa victoire. Depuis que la terre est terre ilz ont tousiours esté aux mains, & ne cessèrent iamais, que ce theatre de leur escrime ne soit rompu, & que ne trouuant plus d'arene pour mettre le pied, elles n'ayent plus de lieu pour s'affronter au combat. Que si quelque fois elle obeit à la Vertu, c'est come esclau & come batue & abatue & toutefois garde le derriere. Car elle ne baise que pour mordre, elle ne gratte que pour egratigner, semblable au mulet qui garde tousiours vn bon coup de pied six ans dedans le ventre pour les gaiges de son palefrenier. Ne vous estonnez doncques Monsieur si elle vous à chargé si rudement, car estant tel que vous estes, elle n'auoit enuie de vous espargner. I'ay longuement consideré le stratageme dont elle à vsé pour vous surprédre, mais elle a fait ce me semble come ces rusez Capitaines, qui laissent en voye quelque pillage à l'ennemy, à fin que s'y estant amusé ilz sortent d'embuscade, & le taillent en pieces. Elle vous à comblé de biens, rempli d'ans, d'honneurs, & de contentement. Elle vous a donné beaucoup d'amis, peu ou point d'ennemis. Elle vous a
fait

*faict chéri des grands, honoré des petitz, heureux en
 vostre maison, heureux dehors vostre maison, & fa-
 uorisé es affaires tant publiques que priuées. Bref elle
 vous à rendu tel, qu'il ne restoit rien à desirer pour
 acomplir heureusement l'honorable course de vos iours.
 Et croyant que vous amuseriez à ce butin, & que ceste
 prospere iouissance vous feroit songer à moissonner
 l'heur qu'elle vous auoyt germé, voyci qu'en vn in-
 stant & sans y pèser, voyre en trois iours & moings,
 elle vous priue de Monsieur vostre filz, iette vostre
 consolation par terre, vous comble d'affliction, vous
 separe de la moitié de vous, rompt le baston de vostre
 vieillesse, rend vne maison sans apuy, vn pere sans filz,
 vne bru sans mari, vt enfant sans conoistre qui l'auoit
 engendré, & aussi tost orpheline come elle est nee.
 Voyez ie vous prie l'intemperie de ceste insolente, &
 la ruse dont elle à pensé vous surprendre & vous
 aterrer. Mais elle vous à trouue au guet armé de
 constance & resolution, qui au sentiment de ceste
 charge inesperée vous recueillât en vous mesmes, auez
 suporté sa furie patiemēt, ressemblant ces rochers plan-
 tez sur vn riuage, qui sans s'esmouuoir reçoient le
 heurt & batement des vndes, ou come l'enclume qui
 demeure ferme soubs les coups de marteau & s'en es-
 clarcit. Aussi les gemissementz que la douleur a tirez
 de vostre cœur ont esté si sourds, & si quois, que nul
 ne les à entendus fors que vous mesmes: cela nous à
 faict*

faict resouvenir d'une vieille tour ou le tonnerre donne de toute sa puissance. Car s'y estant ietté de toute sa roideur, & à corps perdu pour la renuerser, & la trouuant ferme & bien plantée, ses pierres bien assises, son ciment bien lié, son pied stable & assuré, & sa structure en iuste symetrie & proportion, cest lors, que l'ayant tastée, il ne faict que l'egratigner, & qu'au lieu de la ietter par terre, l'ayant vn peu escornée, il s'en fuit aux champs, bruyant & fremissant: & s'il rencontre quelque vieil chesne qui penche à tous vètz, il y passe sa colere, & se ruant sur luy le brise & le fracasse & en iette les pieces bien loing sur les terres voisines. Voyla Monsieur cōme vous auez resisté aux impetuosités de la fortune, & come recueillant honestement les restes de vostre damage, vous auez honorablement mis en sepulture Monsieur vostre filz, comme on met vn riche tas de bled dedans le grenier. Ceste comparaison n'est point de moy, mais de l'escripture sainte. Car les homes sont les grains de ce mode que la terre a portez. Nous y sommes germez de nostre pourriture. Nostre grain semé se monstre en verd, & d'herbe il monte en tuyau, de tuyau il iaunit en espiez qui doibuent raporter au centuple. La mort vient qui nous faulche, cest le moissonneur de nostre grain. On le met en la sepulture come en la grange, ou bien au grenier, pour y reposer, & pour entirer la fourniture de toute la maison. Car le pere de famille en faict le pain
 de

de sa table. Ses enfantz en sont substantez, ses seruiteurs alimentez, les amys secouruz, les indigēs subueuz, & bref il ne se trouue persone qui n'en tire quelque commodité. Ainsy est il du iuste mis en la sepulture, qui dōne plaisir au cœur, & alimēt & contentemēt à tous ceulx qui l'ont cogneu en sa vie. Le pere dit, c'estoyt mon bon filz (& ainsy le nommez vous par vos lettres) la veufue dit, cestoyt vn honeste mari: les enfans, vn pere debonnaire: les seruiteurs, vn gracieux maistre: les amys, vn cordial amy: & n'y a personne qui n'ayt de l'aise en son esprit de l'auoir hanté & fréquenté estant au monde. Moy qui luy ay esté seruiteur, ie participe à ceste gloire, come les aultres, & me plays de l'auoyr cogneu rempli de bōnes meurs plus que son age ne permettoyt, & plus religieux que ne portoit l'impieté de nostre siecle. Ie le regrette come le iardinier faict les fruitz qui tumbēt en verd & auant la maturité, ou come vne belle fleur qu'vn tourbillō de pluye porte par terre n'estant encore sortie de son bouton. Mais come les astres ne sont si tost esclos de leur Orient, qu'ils cheminent en leur Occident, & come les fleuues hors de leurs sources ne cherchent que la mer pour s'y ensepuelir; ainsy Monsieur vostre filz nous a deuancez en la sepulture, & nous a monstré le chemin pour y paruenir. Nous sommes en mer, & il est au port: il est au but, & nous sommes en la course. Heureux celuy qui en ce combat Olympique peult acquerir la

COURON-

courõne qui ne flestrira iamais. Du moings il peult dire
 outre l'honneur qui est extreme, qu'il a acquis du repos
 pour vn long temps. Je n'ay voulu pour mon regard
 oublier sa memoire, ains passant par dessus son tõbeau
 i'ay respendu les roses & les fleurs que i'ay cueillies
 aux iardins des lettres humaines, à fin que si ie ne puis
 luy offrir aultre chose, cela soyt du moings le tesmoing
 de mon debuoir. Je scay qu'il meritoit quelque chose de
 rare. Mais en la foiblesse de toutes choses ou ie suis à
 present, ie me contenteray d'auoyr fait non selon son
 merite, mais selon ma puissance. Vous assurant, Mon-
 sieur, que si les forces eussent secundé le cœur, il eut eu
 de mon parterre ce qui n'y croist que pour les plus gēs
 de bien. Ce qui me seruira d'excuse en vostre endroit,
 avecque protestation d'estre à tousiours come ie suis

Vostre seruiteur, & obeissant

Loys D'Orleans.

T V M V.

T V M V L V S

WILLELMI ASSONLEVILLII
C. V. Christophori, in sacro Consistorio
Senatoris apud Belgas Filij:

A V T H O R E

LVDOVICO DORLEANS,
*Nuper in Senatu Parisiensi regio Patrono, nunc ob-
tutatam Catholicam fidem apud Belgas profugo.*

ERGO iaces Willelme fili, & te mors
obruit inclementius? Non obluetor.
Sint fatis sua imperia, nostra erunt obse-
quia. Moreris, nam mortalis eras, & mo-
reris probus, hoc nobis solatium. Si te iu-
uenem rapit, est fati cæcitas; si intra tri-
dium, rapacitas; si nouellum patrem, in-
humanitas; si anniculum maritum, cru-
delitas. Vixi tibi fatis, nimium seculo, ah!
impuro & turbido, mihi parum, filiolæ
tuæ pauxillum, vxori tantillum, quæ li-
quescit in lachrumas. Cape pro inferijs
meos canos, imò meos annos & hunc tu-
mulum. Tu præisti, sequimur nos & vo-
lentes. Sic lex iubet. Sed dum moramur,
Salue æternum fili, & æternum Vale.

SON-

SONNET

De Damoiselle Lieuinne Sandelin, vefue
du feu sieur de Bouchaut.

Doncques mon cher espoux, le plaisir de ma vie,
Vous voyla froid & blanc sous le marbre
O que i'ay de regret que le destin ferré (enserré,
M'a cest heur enuié de vous auoir suiuié.

Mais ie reste icy bas non espointe d'enuie
De reuoir mon bon heur avec vous enterré,
Mais afin que mon cœur d'angoisses referré
Voye resouldre en pleurs sa misere infinie.

Plorez d'ocques mes yeux, desbondonnez vos sources,
Amolissez ce marbre, & percez de vos courses
Le seior plus espais de ces funestes lieux.

Vous verrez mon espoux froid & seul en sa couche:
Que ie baigne son chef des larmes de mes yeux,
Puis qu'il ne peult auoyr des baisers de ma bouche.

Parentalia virgunculæ hæredis ad
tumulum paternum.

HÆC virguncula mollicella pupa,
Ledi fosculus vnicus pudici,
Quam tu lacteolo sinu parentis
Sugentem tumidas adhuc papillas

B

Liquisti,

*Liquisti moriens nimis misellam,
 His florum cumulis manu tenella
 Succisis in aui senis beato
 Rure, & irrigui hortulis Buchaldi,
 Multis cum lacrimis tibi parentat
 Hæc virguncula mollicella pupa
 Lecti flosculus vnicus pudici.*

D. O. M.

ADVORTE, viator, repentinos fati insol-
 tus, & lachruma. Hic iacet Willelmus Af-
 fonleuillæus, cuius casus occasus est familiæ.
 Adulescens certè optumus, præter sæcolum pius,
 præter ætatem probus & frugi. Qui parenti se-
 ni longæuo charusissimus, incredunda reueren-
 tia senilem oblectabat canitiem. Patris sola-
 men, domus columen, & gentis tutamen suæ.
 Duxerat is non pridè claram & castâ virginem
 ad subsidium domus labentis. Recens maritus,
 recens pater, recens dominus, futurus breui pa-
 terfamilias. Et ecce, rapidus fatorum vortex in-
 tra triduum tot spes intercipit & vorat. O sæui-
 tiam! Nam Willelmum mors conficit, sic fami-
 lia deficit, reliquos mœror & amaror interficit
 certè lachrumabiles. Quid tam anxie liberos
 quæri-

quærimus? Viui, nos metu; mortui, nos luctu
exenterant. Mœstum reliquit parentem, vxo-
rem lachrumantem, pupulam vagientem. Fun-
de viator bona verba pro lacte & floribus, rite
inferias persoluens. Vale.

HAs tibi succisas Parnassi in vertice celso
Fatidicas lauros, violisque albertia ferta
Funeribus Willelme tuis mœroribus acta
Thespiades soluunt, & crinem more soluta
Infundunt tumulo cineres, atque ossa recondunt.
Ipse micans Phœbus niuea cum veste sacerdos
Spargit rore leui & ramo felicis oliuæ
Reliquias dulces, & turpans fletibus ora
Sic mœstum inclamat, funditque nouissima verba:
Tristes exuuia, mea maxima gaudia quondam,
Nunc lachrimæ luctusq; mearû & damna sororum
Sistite felices tumulo, & requiescite leto
Viscere telluris, placidum neu rumpere somnum
Audeat infandus quisquam, & turbare quietas.
Quisquis enim vestros violarit crimine Manes,
Morte luet misera. dixit, tumulumque reliquit
Signatum dextrâ, tennesque euasit in auras.

B 2 Clarissi-

Clarissimo viro Guilielmo d'Assonuillio,
terrīs sublato, cœlis asserto,

Amico B. M.

ERGŌ iaces, Guilielme, patri dolor? atque pudicæ
Sandlinæ æternū flebilis? ergo iaces?
Nec niuei miserum mores texere? nec illud
Ingenium quo non alterum amabilius?
Non pietas? non prisca fides? non tempora multa
Pieridum castis inuigilata sacris?
Scilicet omne bonum rapere hinc mors nata, nec vlli
Diti, inopi, rigidas abstinet illa manus.
Illā tibi, vixdum sex lustra duosque Decembres
Implenti, vitæ stamina dissoluit.
Dissoluitque simul tot spes, tot comoda patri,
Torque recens iuncto gaudia connubio;
Tam præsens miseris solamen, tamque benignum
Perfugium doctis, tam solidum auxilium.
Sæua Dea, & Chalybum costo mage Pontica ferro,
Omnia quæ tristi miscet amaritie:
Nec prece, neu pretio flecti potis: agmine denso
Cunctos sub leges quin vocet atra suas.
Sed vocet vsque licet; non sic te sustulit, omnis
Vt penitus mœstos cessæris in cineres.
Magna tui superest, æuoque perennior omni
Portio, diuinæ nobile mentis opus.
Quod genitum nuper pro religione tuenda,
Erepto prodit posthuma nunc soboles.
Viuis in hoc, spirasque, & toto pellis ab orbe
- Monstrum cui nomen dat *πολιτεία* suum:

Monstrum

Monstrum informe, ingēs, Stygiis quod nigra cauernis
 Tisiphone nostrum misit in exitium.
 Nil fallax Calvinus habet, mendāxve Lutherus,
 Et cum Iudæo nil recutitus Arabs,
 Fraudibus insidiiisque huius simile. omnia Christo
 Posthabet. ast Pietas laruâ obit ista Dolum.
 Contra hanc tu pestem Theseus velut alter, & alter
 Amphitryoniades, fortiter arma moues.
 Non enses, flammæque, aut firmo robore clauam,
 Gnosia non celeri spicula missâ manu;
 Sed qua cœlestis tua fortia pectora Pallas
 Induit, obuertens Aegida terrificam:
 Aegidâ diuinæ Sophiæ incude profectam,
 Lemniacus cui nil par faber efficiat.
 Qua sola aspecta tibi formidabile monstrum
 Cedit, & edurum vertitur in silicem.
 Fœlix laude tuâ post vltima funera! fœlix!
 Victurus sæclis innumerabilibus,
 Inuita Lachesi! sic busta nouissima Phoenix
 Aeuī principium mox melioris habet.

Posuit P. Pantinus Decan. Bruxell.

Πάντ' ἐν ἀγάπῃ.

In Guilielmi Affonleuillij V. C. obitum
breuis nœnia.

AD tristes elegos iterum, lacrymâsque recentes
 Cogis, & ad querulos me, Libitina, modos?
 Nam quis ad exsanguis Guilielmi morte cupressos
 Non fleat, & geminas non riget imbre genas?

B 3 Luem

Quem chorus Aonidum, Phæbi quem luxit ademptum
 Tota cohors socij funere mæsta sui.
 Parca ferox, meritis hominum non flecteris ullis,
 Et patet ad nullas ianna surda preces.
 Haud tamen in viridis Gulielmum flore iuuenta,
 Musarum è gremio tollere debueras.
 Fas erat ultrices te formidare Camænas,
 Atque sacrum, tangit quem dolor iste, gregem.
 Quosque vides tumulo soluentes iusta poetas,
 Flebilibus tepidum versibus ante rogam.
 At tibi mutato sient conuicia plectro,
 Ira dolor, carmen rixa, querela furor.
 Dilectumque caput lymphatâ mente reposcent,
 Deposited dominis redde, decusque suis.
 Sin minus, infestis iugulum præbebis iambus,
 Et vatum rigidas experiere manus.
 Verba sed in volucres nil proficientia ventos
 Quid iuuat, & vanas spargere voce minas?
 Non fati decreta queunt adamante resigi,
 Quo sunt fixa manent non remouenda loca.
 Mortalesque vices leti non deprecor, illum
 Ereptum senij sed queror ante diem.
 Pectore quisque potest suspiria ducere mæsto,
 Nec vetitum gemitu liberiore queri.
 Orbatosque suo Genio destere penates,
 Deseris heu viduam quod, Gulielme, domum.
 Assouillai solus tu nominis heres,
 Vnâque Christophori spes genitoris eras.
 Tradita qui tecum gelido sua viscera leto,
 Sêque licet viuum vix superesse putat.
 O si progenies de te suscepta fuisset,
 Masculus occasum filius ante tuum!

Post cineres qui lata tuos solatia patri
 Præberet simili dulcis amore nepos.
 Qui genibus reptaret aui, curâsque seniles
 Ridenti lepidus falleres ore puer.
 Quo crescente suum perferret mollius auum,
 Et leuis Asonio more senecta foret.
 Nunc quia tristitiam, non pignora cara parenti,
 Ossaque sub patria condita linqvis humo:
 Fert animo pater infracto, qui publica rerum
 Est humeris solitus pondera ferre suis.
 Quique suis alios solatur, & adiuuat omnes
 Consilijs, propriam sentiet auctor opem.
 Et, venerande senex, hæc damna domestica coniux
 Te docuit vita munere functa pati:
 Felix morte sua (quamuis obducta retracto
 Vulnere) quæ mundo desijt esse prior.
 Nec nati exequijs, nec huic seruata dolori,
 Sedibus at superis ante recepta fuit.
 Illic delitijs fruitur secunda beatis,
 Natus & aternis cum genitrice bonis.
 Viuite felices anima, pro carcere vobis
 Parta salus, leto vita, labore quies.

I. Bochius S. P. Q. Antuerp. à Secretis.

V. C. Gulielmo Affonleuillio
 Bouchautij D.&c. Epicedium.

NOLEBAM: quid enim assiduis vrgere querelis
 Viros beatos attinet?

B 4

Gratia

Gratia quos Christi cœlo dignata, locauit
 Deos vel inter Præstites?
 Tum verò in terris famâ superesse reliquit,
 Colique templis & sacris,
 Numina vti, quibus ob meritum pia thura quotannis
 Deuoti amicè suffocent?
 Attamen, Affonuille, mihi vt tua feruida virtus
 Puriq̃ue pectoris decor,
 Et Fidei integritas vereris, cum simplice vero
 Noctūq̃ue oberrat ac diu,
 Nec mentem patitur grauibus requiescere curis,
 Quin te mihi, vsq̃ue te mihi,
 Ac nostro generi lacrumem sic fidus ademptum,
 Quo turbida hæc per æquora,
 Quamuis remigio nudis, lustrare licebat
 Ad portum honoris semitam.
 Immemor ecce mei sensus, animiq̃ue vicissim
 Tam pertinacis immemor,
 Non possum me non aliis subscribere amicis,
 Qui te sibi heic desiderant.
 Nam cui diuidiæ potuit, Superi, iste fuisse
 Qui primulò à pueritie
 Se vobis vestroq̃ue adedò sacrauit amori,
 Sublestiori vt nemini
 Iungere congressu latus aut communia dextræ
 Sciens volensq̃ue nouerit?
 Quem Charites Musis, Themidi Musæq̃ue dederunt:
 Vt fordibus vulgi procul
 Artibus ingenuis colerent illæ, istaq̃ue porro
 Quanam æquitate aut sequiùs
 Inter se regerent homines, agerentve, doceret,
 Patriq̃ue per vestigia

Duceret

Duceret ad solidæ splendorem gloriæ? an illud
 Verò accidisse haut publicum est?
 Et nobis licet heic ficto indulgere dolori
 Sine vllius vestrum metu?
 Testor te Catuacorum prælustris ocelle:
 Vidisti enim biennio,
 Nec vidisse leue est; age dic, quibus hic puer vsquam
 Aut disputando cesserit,
 Dum sua Aristoteli asseruit præcepta: quibusæ
 Orationis præmia,
 Seu Graiis voluit, Latiis seu dicere verbis,
 Aequalibus non abstulit?
 Et tu Louanium, quum iam paulo auctior annis
 Maioribus sese viris
 Et rebus daret; an quisquam spectacula plura
 Diæ indolis tibi dedit?
 Aut doctrinali quenquam cinxisse corona
 Gausa es æquè vt hunc eras?
 Quum nunquam vacuus Iuris defendere Iura,
 Tum quæ latebant abdita,
 Annorum errorumque situ, producere luci,
 Palamque per tuas scholas
 Discutere, & magni ingenij non absque periclo
 Purgare mendis ausus est?
 Certè illum pater, at qualis? Respublica laudum
 Gradus cui omnes detulit,
 Omnibus & gradibus qui maior, maluit illos
 Possè ordinare & tradere
 Pro meritis cuiunque suis, quàmve ipse tenere:
 Hic illum vt audiit sibi
 Rumore hoc rediisse domum, bona verba locutus,
 Macte, inquit, istis artibus

Hem nostri generis spes & certissima proles;
 Nunc quum .volet Deus lubens
 Explebo numerum hunc, cœliq̄ue receptus amœnô,
 Tradam tibi quod nomini
 Decrit adhuc nostro, vereor, reparare salutem
 Pessum ruentis patriæ:
 Iamq̄ue adeò vxorem, qua nec sit pulchrior vlla,
 Nec suauior, nec castior,
 Spondeo HERENTAVLTI de sanguine SANDELINAM,
 Cùm qua seniles has vices
 Supplere hinc in eas maturus, & integer aui
 Te stirpe fulcias noua;
 Indidem vt æternæ prosit per secula famæ
 Extate d' Assonuillios.
 Atque vtinam superare tibi potuisset hic vnus
 Huc vsque rerum Belgia,
 Sentires modò, sentires quàm molliter omnes
 Sub pacis almæ fœdera
 Concordeſq̄ue animos cuperent concedere, qui te
 Tui tot annos distrahunt.
 Namq; ego quam repriffè viam non hunc bene noui,
 Qua per fauorem coelitem
 Regis & in leges, & pristina iura rediffè
 Possent, rediffè & in sua?
 Sed frustra pater his votis impletus ouasti,
 Frustraq̄ue in arcem subdolæ
 Vectus lætitiæ, longam tibi laudis auitæ
 Spem prætulisti in posteris:
 Quum subitò, ah, febri natus correptus, amores
 Vixdum inchoatæ coniugis
 Spernere, & alterius mundi sit quærere iussus
 Diuerſa matrimonia.

I nunc

I nunc, & sortem cum dis sperare memento,
 Mensasque eorum & pocula,
 Ambrosiasque epulas benefactis posse mereri,
 Dum lucis huius tantulum
 Importunæ abigit nobis vis improba mortis!
 Nónne vspiam quicquid loci
 Se eriget egregium, contra fas omne repente
 Obscura id inuolans manu,
 Opprimet, & rigidi discerpet vulnere morsus?
 Sed quò feror? quiue impetus
 Insanum exagitat? venti temeraria verba
 Vagæque nubes perditæ;
 Ne quisquam excipiat, neu me sibi ponat in-ante
 Qui exemplo amat contemnere
 Numen Christe tuum: tuque ô bone parce, velisque
 Audisse nunquam hæc scilicet.
 Nam quamuis tua sic, miserorum errore, profano,
 Et eleuo mysteria,
 Quæ non humani possunt comprehendere sensus
 Stupore tardi terreo;
 Non tibi diuidiæ quisquam est tamen, & tua scita
 Stant morte nullâ obnoxia:
 Quodque pios hinc ante diem quandoque moueri
 Spem præter omnem cernimus,
 Ac multis lacrumis ac questibus externamur,
 Id Christe amoris est tui,
 Propensique animi: nam quos mala secula forsan
 Virtutis à recto, suis
 Moribus & prauis studiis flexisse potissent,
 Ut liuida vna vnam inficit,
 Securos procul extra omnis contagia culpæ
 Statione tuta collocas.

Iamque

Iamque hoc tu Guiljelme tibi cuenisse fateri
 Pol hercle gaudes serio,
 Sub pedibusque videns dulci cum coniuge natam
 Mistus choreis Manium
 Nullis tam afficeris rebus, quam te anxia cura
 Versat coquitque, necubi
 Aetatisve freto imprudens cæcisve periclis
 Versa illa, non statim tibi
 Se rursum societ. foelix sis, quaque fauere
 Nobis quoque es potis, fauc;
 Ut queis tecum heic esse fuit iucunda voluptas,
 Sit Nectari illic te frui.

Gandavi fac. Lud. Lantius Presb.
 xviii. Kalendas Iulias.

De funere Gulielmi Affonleuilli
 Bouchauti, Lessus.

TV quoque nunc immaturè, Gulielme, fuisti
 Affonleuille lux tenebraeque domus!
 Et tecum cecidis patris vnica & vna voluptas,
 Delicium patriæ gentium, & urbium amor,
 Qua magnum Athlantem defessum pondere rerum
 Olim admirate, te modò supposito
 Hercule sperabant fulciri sidera, ne mox
 Iret in antiquum machina quassa Chaos.
 Ast heu! quam nulli sat cautum in poste & in ante
 Quando hac terrai cludimur in cauea!
 Spondebant alios pater atque disspiter annos,
 Credulus à senio, credulus à serie

Restibiles

Restibilis Genij. proh! querquera mœnera Parca
 Ne parca, innocuum qua mala sanguen aues
 Exanclare, prius flauos Proserpina crines
 Abscidit, & Diti censuit ire caput
 Damnas ante diem. Ecqua tibi tam leua cupido
 Carpere Dira fuit? vix modò vita suos
 Septenos oriens lustrorum verterat orbes,
 Et visa est nigra deuoluenda Stygi?
 Sic in Acidalijs rosa carpitur vngue rosetis
 Dum conniuenti truditur è calyce.
 Maeste tamen Gulielme, nec omnem te Ardida diua
 Surpuerit, serùm cum superesse dedit,
 Louanij longùm detrita, retorrída Virtus,
 Nec Catuacorum obtenebrata solo.
 Hic ubi te fasces Themidi, aureolámque Sophia
 Raptantem è manibus, vidit & obstupuit
 Phœba operata cohors, queis ad Sacra Præstes amata
 Anteibas melior ingenio & genio.
 Ergo tibi emeritos Academia dixit honores,
 Quos populi in lucem publica fax tulerat,
 Absque quod à vulgi secus ambitione, steteret
 Musarum placitis deliciari epulis,
 Atque ab auaritie (Di! quantus pabula noxis)
 Mentem oculósque Dei figere in obsequium.
 Testis in autolycos rescriptum hostile duellum
 Geryonas, cælo quique sola anteferunt.
 Non alio poterat vis hæc adamante domari:
 Defuerat tantis hæc Panacea malis.
 Hærescôn Athewng, lues, qua fœdius ortum
 Sensere è barathro sacula casca nihil;
 Cocyti in latebras procul isset didita Auerno,
 Quem nisi sublatum præfica stesset annis.

*At neque tunc omnem te spes in gloria lufit,
 Velle id posse tibi dummodo velle fuit.
 Gratum hoc velle Deo est (cui sunt vota optima cura)
 Poffe fupet Paucorum amula pofteritas.
 Inde tua Phœnix laudis de puluere furgis,
 Dumque cadis, medio victor agone cluis.
 Et quos Relligio ftatuit feruata triumphos,
 Nunc maftat longo fœnore ab axe Deus.
 Nos porro heic violamque rofamque ad bufta quotannis
 Spargemus, bene fit manibus usque pijs
 Dicemus; glabrum Affyrio fluet unguine saxum,
 Et nardo, & cafia, balsamo, adore, mero.
 Tu voti reus interea facer incola cœli
 Nos prece apud Superos liberiore iuua.*

Cornell Camerarum Gand.
 Decani Caletenfis.

In obitum Clariffimi Viri Gulielmi
 d'Affonleuillij Christophori illius F.
 Querela funebris.

ERG O hæc decreto ftat lex fancita Deorum,
 Abftineat nulli mors vt acerba manum:
 Sed rapiat quemuis nullo discrimine, & vnam
 Quodcunque eft hominum cogat inire viam:
 Non formæ aut fexus rationem aut ftirpis auitæ,
 Denique non morum, non pietatis habens?
 Crudelis lex ha, Mors ha crudelis, & his vos
 Simplice crudeles plus vice Væfuperi!

Iam

Iam demum experior, nō vos vnquam vlla momordit

Cura hominum: cœlo vilior ista cluit.

Interea blandâ prece, thure litamus & auro,

Spargimus & crebris limina vestra rosis.

At non porrò ego sic: intempestiua fororum

Pensâ, secaturas nec cohibere manus

Si nihil ista valent. atqui nihil ista valere

d'Assonleuilla est testis acerba domus.

Quæ magni natum patris & decus & solamen,

Atque vñam senij spem requiemque sui

Heu nimis inuiso cineractum cernere busto

Cogitur, & lacrymis polluere ora piis:

Et quas debuerat Naturæ lege Parenti,

Hunc ipsum proli iam facere inferias.

O pudor! ô humanarum delusio rerum!

Et semper vitæ fata maligna bonæ!

Eius sunt tolerandi obitus, quem grandior ætas

Duxit, & ad metam curua senecta suam.

At tu sub prima raperis Gulielme iuuenta,

Et nondum medios occidis ante dies.

Non temerè ante dies vel messis tempora, aristas

Quantumuis avidus demetit agricola,

Aut immaturas decerpit vinitor vuas,

Rusticus & nisi sint mitia poma legit.

Tu tamen ah patriæ segetem crescentibus herbis

Intempestiuè subdola Parca metis,

Dum iuuenem hunc truncas immitti funere, & audes

Pendula adhuc plenâ fila secare colo.

Et te nec Pieras mouet illius, & sibi rectè

Conscia, & à turpi mens aliena probro:

Grataque simplicitas, nuda integritasque fidesque,

Religio & prisca tradita vt extat auis:

Denique

Denique non animi candor, non gratia morum,
 Totaque inoffenso vita peracta pede.
 Quæ pol cuncta tuam falcem nescire decebat,
 Aeternumque suo viuere cum Domino.
 Ingenij vt taceam dotes & pectoris artes,
 Quis inter socios non secus enituit,
 Quam splendere solet nocturno tempore Luna,
 Fraternalis inter dum micat astra comis.
 Nam cuius Sophia licuit penetrare recessus
 Altius, atque hortos doctæ Epicure tuos?
 Qui quod Aristoteles, & habet diuina Platonis
 Pagina, quodque suos Stoa seuera docet,
 Nouerat, & quicquid pariter Graia atque Latina,
 Et vetus atque recens continet historia.
 Vos quoque vos testes sanctissima Numina Musæ,
 Castalias quantum sit veneratus aquas:
 Tuque adeo ante omnes Musarum gloria Phœbe,
 Auspice quo merfit largius hisce caput.
 Nec cuiquam tibi quam mage flebilis occidit, ô si
 Præ reliquis artes extulit ipse tuas.
 Tam bene sed de te merito succurrere mystæ
 Debueras medicæ Phœbe repertor opis.
 Verum age dic sodes quæ te tunc tesca locorum
 Occulerunt, vel quæ causa morata fuit,
 Cum primùm illius tentaret viscera morbus,
 Leralique daret languida membra toro?
 Pocula tunc vbi erant, vbi succi, & gramina, & herbæ?
 Horum vbi tunc vsus? tunc vbi dia manus?
 An tua te tenuit Delos, an Delphica Pytho?
 An verò Lyciæ sacra rubeta tuæ?
 Atque istic potiùs te tunc sopor altus habebat
 Dulcisonum ad murmur lenè fluentis aquæ?

Prò pigror torporque! & nos sacra turba vocamur
 Scilicet, & curæ dicimur esse tuæ;
 Vt te sic stertente & colludente, repente
 Oppressi, ad nigri limina nigra Dei
 Sistamur, pauci miscendi pluribus vmbri,
 Non naris nari, non rudibusue rudes!
 Et nos porro etiam studio impallescere, & æuum
 Conterere in rerum cognitione iuuet,
 Hincque sibi ante annos capitis arcessere canos,
 Et noctes lippis euigilare oculis?
 Phœbe vale, pariter cytharæque lyræque valete;
 Quin valeant arcus & tua tela pater,
 Quis olim strauisse refert Pythona superbum,
 Planè in ridiculum fabula ficta iocum:
 Quando equidè haut mortis potuere retùdere falcem,
 Et tibi deuorum hoc asseruisse caput.
 Sed quid ago, & quorsum me fers petulantia linguæ?
 Cur iacis in magnos aspera verba Deos?
 Phœbe ignosce precor; læsiq̄ue ignoscite diui:
 Non culpa hic vestri criminis vlla subest.
 Nam rata stat Parcis hæc lex adamante, moueri
 Non vi, non merito, non prece, non pretio:
 Sed quemcunque semel mens harum destinat Orco,
 Non illi vitam proroget ipsè Iouis.
 Saltim hoc Phœbe tuū est, quod nō ille omnis obiuit,
 Et quod parte sui sit meliore super.
 Quare agedum, Gulielme, aliquis si sensus in vmbri,
 Vt certe est, isthoc nomine plaude tibi.
 Atque adeo imprimis tua quod Respublica vatū
 Nomina non meritâ laude carere sinat:
 Quodq̄ue tuos Mancis veneretur honore sepulchri,
 Quod non longa dies diruat aut senium;

C

Sed

Sed laudum memor in centum stet sacra tuarum,
 Facta ubi erunt aurum, marmor, & ara cinis.
 Sentis ut immiti te plangat morte peremptum
 MEYERVS ad duplicem voce gemente lyram?
 Sentis & ut triplices nimium crudelia Parcas
 Numina Pantini docta Camœna vocet?
 Urgeat utque tuam numerosus Lautius urnam,
 Et Liefvelt Flandro Belgicus ore Maro?
 Qui licet ingenio superent me singuli & arte,
 Attamen officiis non ferar esse minor.
 Sed taxo implicitus soluam tibi iusta quotannis,
 Et spargam tumulum lacre meroque tuum.
 Interea hos quæstus atque hos nunc accipe luctus:
 Sic o sit cineri pax, Gulielme, tuo.

Franciscus Harduynus mæstus canebat.

Ad Cl^{mum} atque Ampliff. V. Christopho-
 rum d'Assonleuillam Eq. Conf.&c.

D'Assonuilla tuum decus & tua gaudia, ratum,
 Esto, tibi ut viduo mors cita surpuerit:
 Ergo perpetuo in luctu ac mærore iacebis?
 Morsque tui Gnati mors erit ipsa tua?
 Dj quicquid voluere, velis quoque, & esse virum te
 Noueris, esse patrem quem voluere Dei.

M. D. V.

In obitum Clarissimi Viri Gulielmi
d'Assonleuillæ magni illius
Christophori F.

ET merito. quis enim non iusto fræna dolori
Laxet, & in crimen fata Deosque vocet?
Si quod Dj dederant mundo decus, illicet illud
Intempestiuo funere Parca rapit.
Ergo erat vt terris te tantum ostenderet Aether,
Morte obitâ vt terris eriperere cito
Gulielme Assonuille, tuique perenne sacrares
Hic desiderium, prætereaque nihil?
Hâ! quam non istâ te conditione fuisse
Præstiterat Patri, præstiterat Patriæ,
Præstiterat nuptæ, nobis quoque denique, **tecum**
Nomina qui studiis rara dedere bonis.
Ingenio licet & prouentu dispare honoris,
Attamen & studij curâ & amore pari.
Qui nunc dulce tui viduati luminis astro
Tristitiæ obruimur pectora mœsta situ;
Deserti, incerti, qualis sub nocte profundâ
Fluctuat in magno cymba relicta mari:
Nec iam quæ cordi tecum prius esse solebant,
Nos Sophie, aut cantu grata Camœna iuuant,
Non Grudij collès, vitreo non flumine Scarpus,
Aua non querulis silua loquax Zephyris.
Flere iuuat tantum, gemituque explere dolorem,
Fletibus expleri si potis iste dolor;
Non ita: sed certâ potius ratione, cui nos
Cedere non ægrè, mors licet ægra, decet.

Ecquis enim, nisi mentis inops, obsistere cœlo,
 Et rata fatorum vertere iura putet?
 Scilicet à primo lex hæc decreta stat æuo,
 In chalybe æternis scripta adamante notis;
 „Omne semel natum, semel ut cadat: ocyor ille,
 „Serior hic: omnes nox tamen una manet.
 Nec si Nileides tria sæcula viderit heros,
 Ille minus stygium functus iniuit iter.
 Felix, qui vitæ cursu breuiore peracto,
 Ad loca perpetuæ tuta quietis abit,
 Eximius scelerum contage, & carcere cæco,
 Asscriptus patrij cuius in arce poli;
 Ceu tu nunc scælix anima, *Affonville, Deorum*
 Lectus in ordinibus lætior hospes ouas:
 Hic vbi non vltra curæ, liuorq̄ue, laborq̄ue,
 Nec dolor insomnis, nec fera bella colunt.
 Sed cytharæ cantusq̄ue vigent, animæq̄ue piorum
 Ipsius è vitæ fonte perenne bibunt.
 Fortunate iterum, tibi scena suprema peracta est,
 Nos rapit ambigæ fors tragica orbe rotæ.
 Nec iam si liceat cupias te posse reuerti,
 Cara licet coniux, filia cara licet,
 Et genitor carus, & nos tua turba, sodales
 Cari omnes, Cœli carior aula tamen.
 Illa quidem meliore tui parte aucta triumphat,
 At superat nobis pars quoque magna tui,
 Ingenium in scriptis, in patre simillima imago,
 In sobole sanguis, mens animi in viduâ.
 Quare non penitus te deploramus ademptum,
 Sed lumen nostris nobile luminibus
 Obtriturum flemus te d'Affonville, beato
 Nec tibi, sed nobis fundimus has lacrymas,

Has lacrymas, desiderij signa vltima nostri,
Quas tibi habe, & lögum saluc Anime, atque Vale.

*Obiit incomparabili suorum dolore,
non sine magno max. Reipub. literariæ damno*

V. IDVS IVNIAS

A. SALVTIS CHRIST. CIO. IO. XCVII.

Ætatis vero sue

XXXII. mense VIII. Luce XII.

Quiescit Bruxella

In sacello augustissimi Sacramenti.

*Viuuit meliore superstes parte sui
Cælo.*

*Maxemilianus de Uriendt Senatui Gand. à secre-
tis, opt. v. piissimis Manibus pius & mærens p.*

Ode de Leon de Meyere d'Anuers

A Monsieur d'Assonleuille sur la mort de son fils.

TOUT ce qu'icy bas prend naissance
Est esclaué sous la chance
De l'inconstant roüet:
A pousser haut le fort se iouë,
Qu'il veult plonger puis à la bouë,
Du mocqueur monde vn dedaigneux iouët.
La Mort ou le Temps tout moissonne,
Dont la grandeur nous estonne,
Et nos yeux esblouit.

C 3

Comme

Comme vn flambeau esteint ne laissé
 Qu'vn flair fort de fumée espaisse,
 Qui tost mellee à l'air s'esuanouit:
 Ainsy des hommes veufs de vie
 Le souuenir frais ennuye,
 Et nous glace d'horreur;
 Mais au bout de trois iours il passe,
 Et de nos cœurs legers s'efface
 Laisant sans plus de mort la morne peur.
 Contre elle chascun s'esuertue,
 Que sa memoire abatue
 Ne meure quant & luy.
 L'vn son mal de mourir console
 Se bastissant vn beau mausole,
 De ses espoirs fort ruineux appuy.
 L'autre veut que son nom se lise
 Au cristal peint d'vne Eglise,
 Ou en bas d'vn tableau:
 Mais la Nature nous enseigne,
 Qu'a produire enfans on desseigne
 En ses neueus sur-uiuere a son tombeau.
 A toy ceste Mere feconde
 Qui tout ce qui naist au monde
 Nourit de cent taitons,
 T'auoit donné Assonleuille
 Vn fils, l'espoir de ta famille,
 Et le soulas de tes cheueux grisons.
 Vn fils, le miroir de prudence
 Et patron de reuerance,
 Qu'on doit a ses parens,
 Le parangon de modestie,
 De pieté, de preudhommie,

L'amour

L'amour des bons, & l'honneur des scauants.

De luy la trompeuse esperance

Te promet la noble engeance

D'vn monde de neueus,

Qui tousiours par leur viue gloire

Eussent refraichy la memoire

De ta grandeur, & de tous leurs Ayeux.

Mais la Mort espointe d'enuie

Rompit le fil de sa vie

Par le fatal rasoir,

Et fauchant ceste fleur en herbe

De ses despoilles fort superbe

Va triumpant du fruit de ton espoir.

Ains ó! A syle de sagesse,

Que cest affront ne te blesse

Le magnanime cœur;

Encontre la ialouse rage

Dé la Mort roidy ton courage,

Soubstien le choc de ce commun malheur.

Tu sceus tousiours que la Deesse

Sur nos affaires Maistresse

Se plaist, que plusieurs fois

Se troublant l'ordre de Nature

Le viel pere a la sepulture

De son enfant iette ses tristes voix.

Voir ton fils n'est pasé, son ame

Regne au ciel, & franc de blasme

Son nom resti icy bas.

Doncques la bonde aux douleurs bouche;

Ton desir au but visé touche:

Tu ne mouras d'vn oublieux trespas.

Mais après que de ta paupiere

C 4

La

La Mort aura la lumiere
 Banny d'un grand sommeil;
 Phebus par sa brigade amie
 De ton fils, & toy tant cheric
 Depuis sont list iusques à son resueil
 Fera vos beaux honneurs redire
 Sur les cordes de sa lyre
 En despit de la Mort;
 Si long temps que de viste course
 Il ira voir l'une & l'autre Ourse
 En mesnageant du Temps le roide effort.

**Clacht-liedt op de doodt vā Jo. Wilhelm
 van Altonleuille/Heere van Bouchault.**

Oh! wreede wet onser Naturen
 Die daer vernielt / en bzengt te niet
 Al dat d'Aerttrijck aensiet
 Doer s'doodts besuren:
 Het wat beruren/
 Oh! met wat swaer gheclach
 Hebt-dy verbult den droeuen dach/
 Doen Atropos speelde haer kuren.
 Doen daer soo snel keerde de spille/
 Doen daer soo rasch worde ghecozt
 S'leuens draedt / en verdozt
 Van d'Altonleuille
 Soo droeueich-stille
 Deere / troost / en gheluck/
 Beclcedende mit angst en druck
 De ieught groen van sijns Soons Aprille.
 Epilas!

Eplas! Brussel in u bijvangen
 Is dit groot ongeluck ghebeurt/
 Waerom dat peder treurt
 Het s'doodts verlangen/
 End'in verstranghen
 De Geesten / die dicht-broet
 Zijn versaet doer Pegasus bloet/
 Beperlen met tranen haer wanghen.
 Soo groot is d'leedt / soo groot het pynen/
 End' het gheschrey soo veel en groot
 Om dees' onrijpe doot/
 Dat de fontynen
 Vermeerdert schynen
 Ja dat / soomen noch siet/
 Hem oock ontpaelt der Sennen bliet.
 Soo qualijck can dit leet verdwynen.
 Haer ist niet meer dan recht en reden/
 Dat om een sulcke doot te handts
 De Menschen vol verstandts
 Leuen t'onbreden;
 Want ouerleden
 Licht daer int doncker graf
 De geune die aen peder gaf
 Een boozbeelt der gheleerder zeden.
 Al licht dan d'Lichaem nu in rusten/
 Euen wel sijnen Naem die leeft:
 Want de doot gheen macht heeft
 Om te verwulsten
 T'geun hy met lusten
 Heeft ghedruckt int Papier
 Teghen der ketteren bestier/
 Waer med' hy twier der doling blusten.

Alleen soo is droef om aenschauwen
 Zijns ee-gemaels treurich misbaer/
 Om het verlies soo swaer
 Van haerder tranwen.
 Gere der brandwen!
 Seilt u mistroostich leet:
 Want Fama staet veerdich en reet/
 Omijnen Naem hier te behauwen.
 Rust dan met vbraught Spiegel der Sielen/
 Die hier soo deuchdlijck hebt gheleect/
 Dat elck een u lof gheeft
 Niet om vernielen
 Onder s' Tijds wielen:
 Want uwen lof hier wordt
 Soo dick/ soo dichte/ soo groot ghestort/
 Als inder lucht de Sterren krielen.

Theoderick van Liefvelt, dit
droevigh dichte.

SONNET

Complainant la mort immature de
 Guillaume d'Affonleuille, Seig-
 neur de Bouchault.

TV gis helas ! tu gis ores monceau de cendre,
 Seul redres, seul espoir de mon cruel malheurs
 Mon Mecenas, tu gis, par le trespas vainqueur,
 Qui fait fondre mes yeulx en mainte larme tēdre.
 Ah ? de combien d'ennuis sourdans d'vn tel esclandre
 As tu comblé l'esprit de maint homme d'honneur,

Que

Que ton scauoir croissant maintenoit en humeur,
 Et qui ores frustez n'osent plus rien pretendre?
 Ton pere vertueulx a veu sur ses vieux iours
 Tes ieunes yeulx siller; ta compaigne tendrette
 Veufue sur son printemps se plainct de ses amours.
 Et Bredam malheureux de nuict & iour regrette
 La perte d'un amy, au milieu de son cours,
 Perte! qui tout son heur a coup par terre iette.

Pierre de Bredam, Seigneur de Carilles.

Elegie sur le trespas de Guillaume d'As-
 sonleuille Seigneur de Bouchaut.

Par I. Bosquet, Montois.

L A I S S E Apollon ton luc, laisse la melodie
 De mille accords diuers,
 Et viens en appareil d'une triste Elegie
 Tracer vn triste vers.
 Du saint Choëur de tes soeurs deuanee Melponene,
 Muse qui tient le dueil.
 Suyue chascune apres en face non-serene
 Lamer au cercueil.
 Que sans art sur le dos leur ondoye la tresse,
 Et qu'en lieu de lauriers
 Le funebre Cypres en signe de tristesse
 Ombrage leurs templiers.
 Leur robe soit de noir, triste leur contenance,
 Et tardif soit leur pas.
 La bisarte couleur, & la siffre apparence
 Ne conuient au trespas.

Vous

Vous ne perdités onc, o docte Calliope,
 D'entre voz chers suppos,
 Vn tel, qu'or (ó despit!) derobe à vostre trope
 La felonne Atropos.
 O tout-forçant destin, o sort ineuitable,
 Quel non-comprins decret
 Aux parens, aux amis, par la Parque implacable
 Donne tant de regret?
 Cruelle sœur, qui n'as de supreme puissance
 Iustement abbatu
 Plustost quelque auorton de l'heretique engance,
 Ennemy de vertu!
 Ce n'est pas sans raison que lon te dit sans veüe,
 Et que sourde on te fait;
 D'vn coup indifferent ta darde depourueue
 Nous en monstre l'effaict.
 Sy de voir, sy d'ouir en eusses quelque vsage,
 Et de raison aussy,
 Flexile, tu n'auois en la fleur de son age
 Attaqué cestuycy.
 Quand d'vn triple metal ta poitrine endureie
 Eut ceint ton rocher-cœur,
 Le facond de Bouchaut par sage Euthelechie
 S'en fut rendu vainqueur.
 De d'Asson'ville encor' la harangue dorée
 D'vn effort doux-hardy
 T'engardassé d'auoir aduancé sa vesprée
 N'estant qu'a son midy.
 Et sy le sens de voir fut en toy de nature
 Comme aux autres humains,
 Les graces qu'heritoit sy noble creature
 T'eussent lié les mains,

T'eussent

T'eussent lié les mains, ou d'elles arrachée
 La lame coupe-iours:
 Et sy tost n'eussies-tu sa trame retranchée
 Meritant plus loin cours.
 Las! en vain ie me plains à ceste sourde-aveugle
 Et veufue de raison,
 Sy tels estoit les Dieux, en vain le deuot peuple
 Leur feroit oraison.
 Mais puis qu'ils ne sont tels, laissant ceste furie
 le dressé vers les cieux
 Pour sy braue Seigneur d'vne muse marrie
 Les saints-funebres vocux.
 Puist-il (comme viuant d'vne zeleuse flamme
 Il suyuit la vertu)
 Dans l'Elize Chrestien repossesser son ame,
 De gloire reuestu.
 Et vous trois fois trois sœurs du pere de la lyre
 Faites pour vostre amy,
 Que viue son renom, & du tombier porphire
 N'approche l'ennemy.

Anag. Bonté aqoise.

D. O. M. S.

*Guilielmo Assonleuillio Bouchaut I. D. I. C.
 In Deum, Patriam, Patrem
 Pietatis prisca exemplo singulari,
 Omniumque doctorum amori,*

Christo-

Christophorus Hauteuille D. ex Equest. Ord.

Primo Hisp. Monarcha Cathol.

A publicis Status Belgici, priusque consilijs

Conflictatus praeposteritate mortalitatis,

Filio optumo,

Quem praecoquis fati iniuria praeipuit

Nominis & senj sui spem: Et

Læuina Sandelina Iacobi Herentautj D. F.

Infelicissima coniux Viro carissimo,

Quicum suauem vitam occeperat viuere,

Annun, mensem, diem,

Vnicò sibi trimestris filiola solatiò superstitè,

Mæsti supremum officium peregerunt.

Vixit anno à Christo nato

CIO. IS. XCVII. V. EID. IVN.

Ætatis verò suæ

XXXII. Men. IIX. die XII.

Leo Meyerus F.

Eiusdem Auctoris Nænia.

VT luget dilecto à compare seiuga turtur
 Abiunctum prædà aut funere coniugium;
 Amissum vt pullum inclamat Philomela dolenter,
 Sollicitans querulis æthera carminibus:
 Cur Assonuilum haut doleam atrâ morte preceptum?
 Ille meæ, ille suæ pars animæ mea erat.
 Ille animo, ille modis mihi, & vnis moribus idem.
 Tam citò quò abriperis pars mediumque mei?
 Ille meas mihi res studiò satagebat amico.
 Tam citò quid cadis? heu spes columenq; meum!
 Hic

Heu te quòd plenò in flore ac vernante iuuentà
 Et Patri & Patriæ mors inopina rapit!
 Heu quòd te ponit viduum istàc luce sepulcrò,
 Laudis luce tuæ qui patriam irradias;
 Quemque, sui generis spem longam & nominis vnum
 Destinat hæredem, dat Pater ipsius humo!
 O fatum immite! ò Naturæ deuius ordo!
 Saltim illi in terris plus superesse dares:
 Ipse suum calamò per vastum dideret orbem,
 Vltima quod poterat vincere secla decus.
 Ad summam poterat tantorum accessse virorum,
 Palladia insignes quotquot ab arte, valent.
 Testem huius nobis Atheon mastiga fruamur,
 Posthuma quæ superest ingenij soboles.
 Illa viro fecit aucturum in tempora nomen.
 Vno hoc mollescunt tor mala dura Patri.
 Hòc desiderium tanti solabor amici:
 Huc huc ad functum saepe reuiso Meum.
 Care vale, vale Care tui memor vsque Leonis,
 Cui busti & decoris mutua curia tui est.
 Quin vigeat maior mortali hac mole solutam
 In Mentem impressus sensus amicitia.

 APPROBATIO.

PŒMATA & scripta hæc, quibus viri celebres &
 literati, funus Guilielmi Assonleuilli Bouchautij Do-
 mini, adornarunt, ad amicorum solatium, & posteritatis
 memoriam, utiliter excudi posse censeo.

Ioan. le Mire S. Theol. Lic. Eccl. Colleg.
 D. Gudixæ Canonicus.



